

Ramborg, dotter till framlidne Karl Bengtsson, upprättat sitt testamente. Till franciskanerna i Linköping, hos vilka hon väljer sin gravplats, ger hon 100 mark penningar, till Linköpings domkyrkas fabrica sin kvarn i Tannefors (i S:t Lars socken), till Skara domkyrkas fabrica 10 mark penningar och till Strängnäs domkyrkas fabrica lika mycket, till franciskanerna i Söderköping 10 mark penningar och till predikarbröderna i Skänninge 5 mark penningar, till predikarbröderna i Skara 10 mark penningar och till franciskanerna där lika mycket, till franciskanerna i Arboga 5 mark penningar, till predikarbröderna i Strängnäs 10 mark penningar, till franciskanerna i Stockholm 10 mark penningar och till predikarbröderna där 5 mark penningar, till franciskanerna i Nyköping 5 mark penningar, till nunnorna i Gudhem ett vitt tyg från Poperinge, till Värna kyrka en uppsättning prästkläder och till prästen där 1 mark penningar, till systrarna av dominikanorden i Skänninge en dyrbar uppsättning prästkläder och 5 mark penningar, till nunnorna i Askeby 10 mark penningar, till kyrkorna i Kil, Kaga, Fornåsa och Örberga vardera 1 mark penningar och till deras kyrkoherdar lika mycket, till Stens och Kälvestens kyrkor och deras kyrkoherdar vardera 2 mark penningar, till kyrkorna i Styrestad på Vikbolandet, Tollstad, Hogstad, Lerbäck, Säterbo, Öja, Viby i Närke, Helgarö, Fågelås, Valstad, Skövde, Sjögestad, Berg, Saleby i Als härad, Vad, Grevbäck vardera 1 mark penningar och till deras kyrkoherdar lika mycket samt till klostret i Vadstena 10 mark penningar till fabrican och till domkyrkan i Linköping ett förgyllt tyg.

Utfärdaren ber att hennes make, herr Håkan Algotsson, skall verkställa testamentet, vilket har tillkommit i närvaro av broder Nils från konventet i Linköping, de fromma fruarna Botild och Katarina, nunnor i Askeby, samt de kvinnor i hennes hushåll som dagligen uppehåller sig hos henne.

Håkan Algotsson, som bekräftar testamentet och önskar att snabbt verkställa det, anslår till lösandet av legaten däri hela avkastningen av hustruns alla gods i Östergötland. Dessa inkomster skall inlösas i reda pengar och föras av hans förvaltare eller ombudsman Johan Ribbing till sakristian i Linköpings domkyrka för utbetalning till var och en enligt testamentet. Varken han själv eller hans ombudsman eller någon annan får dra bort något från inkomsterna eller använda dem till andra ändamål innan testamentet är helt verkställt. Han ber herr Nils, biskop i Linköping, välborna männen herr Bengt Filipsson, riddare, och Staffan Ulfsson, väpnare, samt herr Nils, ärkedjåkne i Linköping, att åtaga sig verkställandet av denna utbetalning och sin ombudsman Johan Ribbing att lyda dem vad gäller förandet av pengarna till sakristian i Linköpings domkyrka.

Utfärdaren beseglar tillsammans med välborna männen Tomas Jonsson, Johan Magnusson och Magnus Larbo.

Avskrift – bland "Littere de bonis ecclesie" – i Registrum eccl. Lincopensis membr., hs A 9 (förr A 18), fol. 80r–81r, Sv. Riksarkivet.

Regest: E. Nygren, *Registra ecclesie Lincopensis* (1941), s. 224.

Om fru Ramborg och hennes make se ÄSF I:1: *Algotssönernas ätt*, s. 3 f.; Johan Ribbing är troligen identisk med den Jöns Ribbing som beseglar brev 1380 15/5 (RPB nr 1374); om Tomas Jonsson se S. Engström, *Bo Jonsson I* (1935), s. 10 not 35 och om Magnus Gunnarsson Larbo, se kommentar vid DS nr 6115. Väpnaren Staffan Ulfsson blev riddare senare samma år eller året efter (ÄSF I:3: *Ulv*, s. 299).

Styckeindelning nedan enligt förlagan.

In nomine Domini amen. Cum omnia sub sole ex nichilo condita ad suam tendant originem naturaliter, ex innata sue benignitatis clemencia benigne prouidet superna sapiencia, vt [*pro*] rebus corporalibus, que cotidiano defectu pretereunt, optineri possint spiritualia, que subsistunt · et temporalia pro eternis felici commercio valeant commutari. Jdcirco ego Ramborghis filia domini Karoli Bendictzsson bone memorie corpore debilis et infirma · mente tamen sana · vt aliquid gracie spiritualis pro temporalibus assequi · et post corruptibilis vite transitum perhennitatis statum merear adhipisci<sup>a</sup> · condendo testamentum meum de bonis michi a Deo collatis jnfrascripta taliter per pietatis opera esse distr[*i*]buenda<sup>b</sup> decreui · Primo fratribus minoribus Lincopie, aput quos meam eligo sepulturam · c · *marchas* denariorum · ecclesie Lincopensi pro fabrica molendinum meum in Tannafors, ecclesie Scarensi pro fabrica x *marchas* denariorum · ecclesie Strengenensi pro fabrica x *marchas* denariorum · · fratribus minoribus Sudercopie x *marchas* denariorum · fratribus predicatoribus Skeningie v *marchas* denariorum · fratribus predicatoribus Scaris x *marchas* denariorum ·

fratribus minoribus ibidem x *marchas* denariorum · fratribus minoribus Arbugis v *marchas* denariorum · fratribus predicatoribus Strengnesie x *marchas* denariorum · fratribus minoribus Stocholmie · x *marchas* denariorum · fratribus predicatoribus ibidem v *marchas* denariorum · fratribus minoribus Nicopie v *marchas* denariorum · monialibus in Gudheem vnum pannum pöperst<sup>1</sup> albi, ecclesie Werna vnum par vestium sacerdotalium · / presbitero ibidem j *marcham* denariorum · sororibus ordinis sancti Dominici Skæningie vnum par vestium sacerdotalium · preciosum, jtem eisdem v *marchas* denariorum · jtem monialibus in Askabý x *marchas* denariorum · ecclesie Kijl · j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Kawa · j *marcham* denariorum · sacerdoti ibidem tantum · ecclesie Fornusa j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Ørabergh j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesiis Steen et Keluesten et curatis earundem ij *marchas* denariorum · ecclesie Stydilstadha inter Vikas j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Tholfstadha · j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Hugstadha j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Leerbek j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Sæterbo j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Øya vnam *marcham*, curato ibidem tantum · ecclesie Wikbý in Næricia j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Helghama j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum / ecclesie Fughelaas j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Hwalstadha j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Skødhwi j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Siowalzstadha j *marcham*, curato ibidem tantum · ecclesie Bergh j *marcham* denariorum · curato ibidem tantum · ecclesie Salabý in prouincia Aalsheredh j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Wadh j *marcham* denariorum, curato ibidem tantum · ecclesie Gridhbek j *marcham* denariorum et curato tantum · jtem loco in Watzstenum x *marchas* denariorum pro fabrica · jtem ecclesie Lincopensi vnum peplum deauratum ·

Maritum autem meum dilectum · dominum Haquinum Algutson, de cuius vita caritateque benigna consolata respiro, huius ultime voluntatis mee amabilem et attentum opto, sicuti confidit anima mea, exequotorem existere, vt omnia, que in hoc testamento meo · legata sunt, solucione sceleri<sup>c</sup> et debita compleantur, nec parcat in hoc bonis et possessionibus meis, ut miserabilis anime necessitas releuetur · Presentes autem erant, cum hanc vltimam voluntatem meam exprimerem · frater Nicolaus de conuentu Lincopensi · et religiose domine Botildis et Katerina sanctimoniales de Askabý et mulieres de familia mea · que mecum cotidie versabantur ·

Ego<sup>d</sup> autem Haquinus Algutson predictus hoc testamentum dilecte consortis mee domine Ramborghis predictæ gratum et ratum habens libenti animo totoque desiderio cupiens per solucionem celerem fine debito consummare omnes fructus redditus et prouentus, in quibuscumque rebus consistant, omnium bonorum, que predicta vxor mea bone memorie in Osgocia possidebat · deputo et assigno pro solucione testamenti predicti, jta quod redditus predicti in promptam pecuniam commutati per dilectum procuratorem seu officialem meum Johannem Ribbing ad sacristiam ecclesie Lincopensis deferantur · vt inde fiat vnicique solucio iuxta testamenti predicti tenorem; et nec michi nec officiali meo predicto uel alteri cuiquam licebit de redditibus quicquam subtrahere uel in alios vsus conuertere, antequam eidem testamento fuerit per omnia satisfactum. Rogo autem venerabilem in *Christo* patrem · · dominum Nicolaum Dei gracia episcopum Lincopensem · et nobiles · viros · dominum Benedictum Philippusson militem et Stephanum Wlfson armigerum ac eciam dominum · Nicolaum · archidyaconum Lincopensem, ut sibi eiusdem solucionis exequcionem velint insimul et quilibet eorum <sup>e</sup>in solidum<sup>e</sup> assumere predictusque Johannes Ribbing officialis meus · ipsis et cuilibet eorum <sup>f</sup>in solidum<sup>f</sup> super colligendis et deportandis pecuniis predictis

ad sacristiam ecclesie Lincopensis absque protractione quacumque fideliter obedire debet. In testimonium autem omnium premissorum sigilla predictorum ac etiam virorum nobilium Thome Jonsson<sup>g</sup>, Johannis Magnusson et Magni Larabo vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum Lincopie anno Domini millesimo ccc lx nono, feria secunda proxima post dominicam Palmarum .

<sup>a</sup>D. v. s. adipisci. <sup>b</sup>distribuenda ms. <sup>c</sup>D. v. s. celeri. <sup>d</sup>Föregås av tecken som markerar nytt stycke ms. <sup>e-e</sup>Hopskrivet ms. <sup>f-f</sup>Hopskrivet ms. <sup>g</sup>Häftefter överstruket och expungerat Magnus ms.

<sup>1</sup>D. v. s. tyg från Poperinge, se Söderwall: popirsker.